



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

38 Legati de latere de jure communi beneficia conferre possunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

demandari : ita distinguit Gomeſ. in d. comp. utriusque ſigna. ead. n. 86. Gig. de penſ. 38 q. 85. nu. 1. & 2. & Staphil. in tract. de commiſſ. tit. juſt. §. in primis igitur. n. 84. & 85.

Quartò differt reſervatio Papæ à reſervatione inferiorum ꝛ quia Papa in collatione beneficij poteſt reſervare alteri penſionem ſine conſenſu ejus, cui beneficium confertur, derogando regulæ de præſtando conſenſu, Gig. d. tract. de penſ. q. 85. n. 2. inferiores verò ſine conſenſu beneficiati penſionem reſervare non poſſunt, ut in eo. tract. q. 10. nu. 9. & eſt ratio, quia regula de præſtando conſenſu ligat manus inferiorum, arg. text. in c. ut debitus. de appell. non autem Papæ, quin poſſit illi derogare, cum ejus ſit revocare, qui condere poteſt.

Legati de latere quoque ꝛ poſſunt penſiones reſervare, quæ tamen medietatem fructuum beneficiorum non excedant, quæ poteſtas illis conceditur in facultatibus legationis, ut Clementi Papæ VIII fuit conceſſa, dum Cardinalatus officio fungeretur, ad Regnum Poloniæ in Legationem miſſo, ſub his verbis, ac etiam ſuper dictorum beneficiorum reſignatorum, ſeu ceſſorum fructibus, redditibus, & proventibus, quatenus id commode ferre poterunt, quaſcunque penſiones annuas, non tamen medietatem fructuum reddituum, & proventuum hujusmodi excedentes, reſignantibus vel cedentibus, quoad vixerint, per dicta beneficia pro tempore obtinentes, & eorum ſucceſſores annis ſingulis in locis, & terminis, ac ſub privationis, & aliis ſententiis, cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis, &c. reſervandi, conſtituendi, & assignandi, ut in facultatibus, de quibus in 2. p. bull. Sixti V. cap. 35. §. ac etiam ſuper, & hanc facultatem penſiones reſervandi non

habent de jure communi, ſed vigore litterarum ſpecialium ꝛ facultatum, quia de jure communi ſolum beneficia conferre poſſunt, per text. in c. 1. de off. leg. in 6. Legati verò inferiores, ut ſunt Nunciij penſiones ſuper fructibus beneficiorum reſervare non poſſunt. Nam licet olim illis concederetur facultas reſervandi, ut teſtatur Gig. de penſ. qu. 6. n. 22. à pluribus tamen annis citra, Nuntiis Apoſtolicis dicta facultas non conceditur, & eorum facultas, tanquam extraordinaria, ſtrictè eſt intelligenda. gl. penult. in clem. 2. de off. ordin.

Dubitari poteſt, ꝛ an reſervationes penſionum à Legatis de latere factæ habeant eandem paratam executionem, quam habent penſiones auctoritate Apoſtolica reſervatæ, ita, quòd in caſu appellationis à ſententia in prima inſtantia lata debeat dari commiſſio clauſula, ſine retardatione ſolutionis penſionis, & cum Legati reſervent penſiones, quæ tranſeunt ad ſucceſſores, & ſub ſolitis ſententiis, cenſuris, & pœnis eo modo, quo à Papa reſervantur, videtur, quòd pari paſſu debeant ambulare, & clauſula ſine retardatione ſolutionis, debeat apponi, quia de ſimilibus idem eſt judicium, cap. inter caſeras. de reſcript. cap. 2. de tranſlat. Pralat. & cap. cum ſecundum Apoſtolum. in princ. de praben. Quod autem, quando inferior reſervat penſionem auctoritate ſibi conceſſa, & attributa à Papa, non procedat conclusio, quod cauſa abſque clauſula, ſine retardatione ſolutionis penſionis, ſit committenda, quia tunc Papa reſervare videtur. tenet Gig. in eod. tract. queſt. 85. n. 12. quam opinionem non puto ſimpliciter veram, quia, aut facultas eſt ſimplex, & libera ad reſervandam Titio penſionem